

Universitätsbibliothek Wuppertal

Svidae historica caeteraque omnia, que ulla ex parte ad cognitionem rerum spectant

Suida <Fiktive Gestalt>

Basileae, 1581

≡

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-313)

νυκτικέσσι.) Bubo genus auis, in solitudinib. degētis: quæ domus cultas fugiens, in desertis & destructis degit. Sic & passerculus, timida auicula, præ sollicitudine repellit somnum.

Historia deorum. νύμφαι.) Dionysius omnem deorum historiam libris tribus & triginta persecutus est.

νύμφαρον.) Nymphæum in Ponto est: & ut, Craterus nono decretorum ait, Atheniensibus pendebat talentum.

νύμφη.) Aelianus: Videbatur iratæ esse Nymphæ, ob penuriam aquarum.

νυμφεῖς.) ἡματι ὧ νυμφεῖος ἀνήτηρ λαμπύδι πασάς

τέτω πυρκαϊῆς ἐναλάμων ἔτυχες.

Quo die nuptialis thalamus facib. collucebat Eo die Vnalamon in incendium incidisti.

νύμφη.) Nymphius. Pisides: Etiã maximo fluuio superato, qui in Tigridē influens, Nymphij nomen amittit.

νυμφίς βίον.) Prouerbiū, uos quidem profectò sponsi uitam uiuitis, propterea quòd proci frondibus & fertis coronari soleant ad dies nuptiales.

νύμφης.) Nymphis, Xenagoræ filius, Heracleotes Ponticus, historicus. Scripsit de Alexandro & successoribus eius, eorūq; posteris, libros 24, de Heraclea libros 13. Continet aut̄ res gestas post Epigonos usq; ad euerfionem tyrannorum, & usq; ad tertium Ptolemæum.

νύ.) Aristophanes ad Aeschylū: Nunc omnes tibi sunt rudentes laxandi, & magnus animus sumendus, & cohortes feroces: uel collocandæ insidiæ ineuitabiles, quibus istum superes. Vir enim calidus est Euripides, qui uel è desperatissimis reb. ut euadat, rationes inuenit.

νύ.) Plato de Rep. lib. 8. Paulo antè, cū in hos sermones incidissemus nondū ista posueramus: nūc uerò sumus obliti.

Zenonis Citietati accessus ad philosophiam. νύ ἐν τῷ λόγῳ, ὅτε νενάυγηκα.) Iam bene nauigauī, cū naufragiū feci. De ijs, quib. præter sp̄e aliquid feliciter euenit. Zeno enim Cittieus, relictis priorib. præceptoribus, Cratetis philosophi discipulus factus, hoc dixit naufragium perpeffus: Rectè sanè facit Fortuna, quæ nos ad philosophiam appulerit: eoq; dicto, se contulisse ad philosophiam fertur.

νύ εἰς χῶραν ἤλθον.) Iam in regionē ueni. De ijs qui primū recusarunt uenire quò oportuit: postea uerò ultrò eò peruenerunt.

νύ ἤλθον εἰς χορὸν, νύ τ' ἐπαρδες.) Nūc ad chorū ueni ego, nunc tu pepedisti.

νύ πᾶς κίνδω ἐνθάδ' ἀέτη σφίαις, πῶς τοῖς ἐμοῖς φίλοις ἐστὶν ἀγὼν μέγιστος.) Nūc omne sapientiæ discrimen hic est patefactum: de qua meis amicis est certamē maximum.

νύ ὅσων ἄμνητ.) Nunc est leguminum messis: De ijs qui tempestiue singula facere debent.

νύ σωθεῖω, ἢ ἡ μοι διδασκαλία τοῦ ἔλαττος.) Nunc seruer, ut hoc documento mihi sit in posterum. Hoc de fabulae studinis, quæ cū ab aquila uolare didicisset, decidit, dictum est. (Terentius: Scio incolumen fore me posthac, nunc hoc si deuito malum.)

νύ ἔτ' ἐκεῖν ἡκει τὸ δάτιδ.) Nūc hoc illud uenit Datidis carmē. De gaudentibus. nam Datis satrapes, re bello benè gesta, Græcè loqui uolēs dixit: ἡδίστα καὶ εὐφραίνομαι καὶ χαίρομαι. id est: Delector, lator, & gaudeor. in quorū profremo barbarismus est.

νύξ.) Nox, est umbra terræ: non qualibet tamē, sed ea cuius Sol causa est, quādo est sub terra: quantū ad eotū hemisphæriū attinet, apud quos nox est: quæ admodū nō q̄ à qualibet uoluptate uincitur, in continens est, sed qui à quadam.

νύσηον.) Nyseium, mons Bacchi.

νύσια.) Nysia, genus saltationis. nam saltatio alia Berecynthiaca dicitur, alia Cretica alia Parica. Nysias igitur est Berecynthiaca. Nysia enim & Cnossi, diligenter colitur hæc saltatio. Saltationum alia sunt Bacchicæ, alia Corybanticæ, armata scilicet, quæ in armis fiunt. Nysia uerò sunt Bacchicæ, Cnosice autem Corybanticæ. Cnosus enim urbs Cretæ. In Creta autem à Corybantibus nutritus est iupiter.

INITIVM LITERAE Z.

Ζανθίς.) Carnes rectè aslatæ sūt, cū mellis instar flauescunt.

Ζανθίος.) Mensis Aprilis, apud Macedones.

Ζανθίος.) Xanthius Bœotus fuit, qui in singulari certamine à Melantho Atheniense interfectus est.

XANTHVS, Candaulis Lydi filius, Sardianus historicus, fuit eo tempore, quo Sardes captæ sunt. Scripsit Lydiorum libros quatuor, in quorum secundo narrat primū, Gygem Lydorum regem mulieres castrasse, ut eis semper iuuentulis uteretur. Idem Xanthus refert, Alcimon quendam iis in locis regnasse, religiosissimum & mansuetissimum hominem:

minem: sub eoq; fuisse pacē, & magnas opes, & sine infidijs & absq; metu uixisse quemlibet. Qui cum septem annos regnasset, totam Lydorum nationē cum conuenisse: uotisq; factis optasse, ut tales anni darentur Alcimo ad Lydorum bonum. id quod factum est: nam rebus secundis usi, felicissimē uixerunt.

Ξανῶ.) Apud Sophoclem Hector pugnaturus cum Græcis: ἦδὲ, inquit, ξανῆσαι ἢ περιγυμνάσαι χεῖρα. Suaue est defatigari, & exercere manum.

Ξ ante e.

Ξυναγία.) Sunt bis quingēti uiri & 24. Pleriq; autē eam multitudinem χιλιαρχίαν uocant, & Chiliarchum ducem.

Ξυναγῶν.) Apud Thucyd. ξυναγοὶ sunt mercenariorū militū duces: quos ξείνας. i. hostes, hospites uel pegrinos uocabāt.

Ξυναρχῶ.) Comicus, è fabulis eius est Bucalion, ut Athenæus ait lib. 2. Dipnosophistarū, & Purpura, & Scythæ, ut idē tradit: & Didymi, id est gemini: & Pentathli, id est quinquerciōes: & Priapus, Somnus, Miles.

Ξηλατῆν.) Lacedæmonij uerberibus expellebāt hospites. Aristophāes: Quid est mali? sicut Lacedæmone expelluntur hospites, & cōmotæ sunt multæ admodum plagæ per urbem. Nam cū aliquando cineres ibi fuissent, hospitem expulsio facta est.

Ξενία.) Cruentus Mars eum hospitio nō excepit: hoc est, nō interfecit. Hospitia enim Martis sunt uulnera, & cædes.

Ξεχίλοχος.) Ξείνια δυσμενέσι λυγρὰ χαρίζομεν. Strenas hostib. acerbis largiēs.

Ξενικόν.) Mercatus ubi hospites negociātur: sicut urban⁹ mercatus, ubi ciues.

Ξενικὸν ἐν κερῶνθω.) Demosthenes in Philippicis, & Aristophanes: Mercenarias copias primus Conon Corinthi coegit, quib. postea Iphricates & Chabrias usi, Lacedæmoniorum legionē ceciderunt, Iphicrate & Callicle ducibus.

Ξενικός.) Alienus. Cū uideret statuam peregrinum, & sacrificium alienigenū, numen illud contumeliosè tractauit.

οἱ ξενικοὶ μισοφόροι.) Peregrini milites solent omnino esse utiles in bellis. Athenienses nolentes belligerare per sese aduersus Corinthios propter periculū, milites stipendiarios ad id bellum aiebant. Idq; in multis bellis cum facerēt: eas copias ξενικὸν nominarunt. (cipi. ὅτι ἀνοίκειον.) Alienum à Græcis est, de- ξείνος ζεύς.) Iupiter hospitalis: id est, in-

spector hospitem. Virgilius: Iuppiter (hospitib. nā te dare iura, loquūtur) Hunc latum Tyrijsq; uelis, Troiaq; profectis Esse diem, &c.—

Ξενοκράτης.) Agathonis, aut Agathonoris, F. Chalcedonius, discipulus & successor post Speusippum Platonis. Xenocrati successit Polemō, Polemoni Crantor. Huic cum Alexāder Macedo auri talenta 30 misisset, ipse remisit: & regi pecunia esse opus dixit, non philosopho. De Platonis Republica scripsit.

Aurum reopudiatum.

Ξενοκράτης.) Xenocrates philosophus ob tēperantiā celebris. Ille uerò tēperantia Platōico Xenocrati nō cedebat. Hic scripsit auguria domestica, (οἰκασκοπικόν) uelut si in tecto cōspecta sit mustela aut serpens, quid nam significent.

Ξένῶ.) Conueniebant eum legati urbiū, cumq; & hospitem putabāt, & cōsiliarium degēdæ uitæ, atq; etiā dedicatiōis altariū & statuarum. Is uerò hæc omnia corripbat. In sua quisq; patria hospitia constituit.

Ξενοφάνης.) Xenophanes. Elegia de trāsitu animarū in alia corpora. Cū aliquando canis cæderetur, prateriens fertur eū miseratus esse, & hoc dixisse uerbū: Desine, neq; uerbera, quoniā amici uiri est anima, quam cognoui cū audirē uocē eius. Derisit eum etiam Cratinus, in Pythagorissante, & in Tarētinis. Mos est illis, si quē indoctum alicunde ingressum nacti fuerint, periclitantē robur eloquentiæ: perturbare illum, & confundere oppositis finibus, comparibus aberrationibus, magnitudinib. admodū sapienter.

In cane amīc. anima.

Ξενοφάν.) Grylli filius, philosophus Atheniēsis Socraticus. Prim⁹ descripsit uitas philosophorū, & memorabilia dicta & facta. Filios ex Philefia suscepit Gryllū & Diodorū. qui etiā Dioscori, id est Castores appellabātur. Ipse uerò Attica apes cognominabatur. Fuit cōdiscipulus Platonis, & floruit nonagesimaoctaua Olympiade. Scripsit libros amplius quadraginta, quorū è numero ēt hi sūt: Cyri institutiōis li. 8. Cyri expeditio li. 7. Rerū Græcarū libri 7. Conuiuū, & alia multa.

Sophistæ in doctos non erudunt, sed prestigijs uerborum eludunt.

Ξενοφάν.) Socratis discipulus. Militauit contra Persas, cum Cyro profectus contra fratrem eius Artaxerxen. Cyrus uerò fuerat post Tissaphernen à Dario patre præfectus Asiæ constitutus. Mortuo autem Dario, Cyrum Artaxerxes in calumniam adductum à Tissapherne, occisurus, dimisit, Parysatidis matris rogatu.

Cyri expeditio contra Artaxerxem.

Defectio à
Cyro.

Græcorum
retentio.

Cyri interi-
tus.

Ariam.

Tissaphernis
perfidia.
Clearchi et
Menonis
caedes.
Xenophon.
Seuthes.

Xerxis lega-
ti à Græcis
uiolati.

Bulis &
Sperchis.

tu, quæ etiam (σπατιαὶ f. σπατηγίαν provin-
ciam) exercitum eius illi cōseruauit. At
ille quasi Tissapherni bellum illaturus,
copijs coactis, fratrem oppugnare decre-
uit. Quadringenti autem ex commilito-
nibus armati, & parmatis 3500. Cyrum re-
liquerunt. Xenophon uerò unà cum eo
ascendit. Centum millibus igitur Barba-
rorum congregatis, quasi Pisidas inuasus,
proficiscebatur. Ut autem gētes per-
transierat, quas se oppugnaturum esse
professus fuerat: Græci cum animaduertis-
sissent, expeditionē aduersus regem sus-
ceptam esse, illam detrectabant. Sed cū
Clearchus dixisset, reditū eis nō patere,
nisi Cyrus auxilium ferat, secuti sunt. Cy-
rus autem cū nudo capite aduersus Tis-
saphernem pugnans, prohibente Clear-
cho ne pugnaret, occubuisse: Græci, qui
Clearcho parebant, Ariam regem de-
signarunt. Is recusauit. Rex Cyri caput &
manum amputatam Græcis misit, postu-
lans, ut, tanquā uicti, arma sibi traderent.
Illi uerò nō dederunt. Tissaphernes autē
iureiurando fraude uiolato, prodit regi
Græcos. Is Clearchum & Menonē, & re-
liquos duces Græcorum occidit. Xeno-
phon uerò dux designatus, omnes uin-
cit. Cum autem decies mille incolumes
in Thraciam uenissent, stipendia fecerūt
apud Seuthen regem.

Ξενοφῶν.) Xenophon historicus, scrip-
sit Babylonicā sunt autem amatoria.

Ξενοφῶν.) Xenophon Ephesius histor-
icus, scripsit Ephesiaca libris decem. sunt
autem amatoria: de Abrocōma & An-
thia, & de urbe Ephesiorum, & alia.

Ξενοφῶν.) Xenophon Cyprius histor-
icus, scripsit Cypriaca. sunt autem & ipsa
amatoriorum argumentōrum historia, 40
de Cynira, & Myrrha & Adonide.

Ξέρξης.) Xerxes, Persarum rex, cū Da-
rius pater moriens dixisset, Marathonis
memento: aduersus Græciam bellum sus-
cepit. ac primū præcones misit, postu-
lantes terrā & aquam. Verū Athenien-
ses legatis urbe interdixerūt, & cum qui
suaserat ut parerent, lapidarūt cum uxore
& liberis. Lacedæmonij uerò ijs in pu-
teum cōiectis, terram ingesserunt. Iratō
autem Deo, pestilentia conflictati sunt.
Et cum Pythius iussisset, ut pro nece ca-
duceatorum satisfacerēt Xerxi, Bulis &
Sperchis ultrō ad Persas ascenderūt, da-
turi pœnas. Rex uerò admiratus, reliquit
eos incolumes, & morbus desijt. Tū ue-
rò peditū plurimas myriades ex Aegy-

pto, Phœnicia & Cypro cum haberet, ca-
strametatur est. Cū Sardes uenisset, Sol-
defecit. Habuit etiā electos milites de-
cies mille, quos Immortales nominauit.
Perfodit & Athon montem Macedoni-
cum, & Hellespontū intra Sestū & Aby-
dum pōte iunxit. Cuius parte tempesta-
te dissoluta, compedes in mare demisit,
& aquam flagellauit. Cū autē frumen-
tariæ naues Græcæ allatæ ipsi essent, eas
repudiāuit, seruorum annonam esse di-
cens. Exploratores uerò comprehesos,
monstratis omnibus copijs, dimisit.

Litera ξ, sequente η, ι, ο, υ.

ξηραλοιφεῖν. Siccos ungi dicebant sine
balneis. fortassis autē idem est, quod alij
ξηροτριβεωδω dicunt, id est fricari siccos.

ξηρόλοφος.) Xerolophum quidam an-
tea thema appellarūt. In illo enim testu-
dines sunt sedecim, & Dianæ composita
statua, & Seueri conditoris, & thematiū
tripēs. Ibi Seuerus immolauit multas ui-
ctimas, eoq; in loco multa oracula red-
dita sunt. Quo tempore etiam puella uir-
go immolata est. Fuit etiam thesis Astro-
nomica, quæ annos triginta sex durauit.
ξηρός ιδρώς.) Siccus sudor, qui non bal-
neis, sed exercitationibus & laboribus
cietur.

ξηρός λίθος.) Siccum saxum, quod sine
cemento ædificijs adhibetur. Erat lapi-
de sicco castellum interpolatum, ex ma-
gnis saxis coagmentatum.

ξυφισμός.) Digladiatio, est saltationis
comicæ genus.

ξυθόν.) Instar flauī (ιππαλευτρών) equi-
galli cristas quatiens.

ξυγγνώμη πρωτοπέριω.) Veni atironi. De
ijs qui principio errant in aliqua re.

ξυγγραφεῖς.) Pisander cū Athenas ue-
nisset, primū populū conuocauit, &
dixit, cōscriptores sūmma autoritate ef-
se eligēdos: scribendum esse decretum,
certoq; die promulgandū populo, qua
ratione urbs rectissimè administrari que-
at. Cum uerò dies ille uenisset, concio-
nem in eo loco coegit, quo erat templū
Neptuni. Ac cōscriptores aliud nihil at-
tulerunt, quam hoc, licere quidem Athe-
niensibus euertere decretū, quod quisq;
uellet. Si quis uerò eū qui id fecisset, uel alio
uiolatarum legum reum ageret, uel alio
modo ederet, magnas pœnas statuerūt.
Tum uerò apertè iam dicebatur, neque
magistratum (ὅτι τῆ αὐτῆ χρόνος eadē mo-
destia qua olim) ut prius gerendū, neq;
stipendia faciēda. Et præsides quinque de-
ligen-

